



NOBILISSIMIS, AM-
PLISSIMIS, REVERENDISSIMIS,
Clarissimis, Doctissimis, Prudentissimisq; Viris ac
Dominis, Dominis Præsibus, & Electoralis Sa-
xonici superioris Dresdensis Consistorij, Asses-
soribus dignissimis, fidelissimis, vigilantissimis,
Dominis suis plurimum honorandis:

*Gratiam & pacem à CHRISTO. JESU Prin-
cipe pacis plurimam.*



ON tam Proverbij, quam Symboli
loco, Viri Excellentissimi atque Ma-
gnificentissimi, usurpari illud solet:
ORA & LABORA. Quo sanè, de
suo, omnium promiscuè ordinum
homines, admonentur officio: cum primis autem
ministri Ecclesiae & *VERBI* præcones. His enim
vel maximè & orandum, & indefinenter laboran-
dum esse, ipse *CHRISTUS* suo tum Exemplo
tum præcepto docet, inculcat, suadet.

Quod cum ita sit, *DEUM* Ter-Opt. & Max.
ardentibus votis quotidie invoco, ut ipse ministerij
mei conatibus clementer ex alto benedicat. Nec

A 2

frustrà